



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita Ioannis Berchmanni Flandro-Belgæ Religiosi
Societatis Iesv**

Cepari, Virgilio

Antverpiæ, 1630

Domesticis seruitijs erudiendis præficitur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46083](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-46083)

*Mira petu-
lantissimi
cætus com-
munitio.*

*Domesticis
seruitus
erudiendis
præficitur.*

*Charitatis
studium in
alieno cubi-
culo procu-
rando.*

simul ac me audituri sunt, protinus sint rebus omnibus abstenturi atque accursuri. Quam primum in scamnū suppedaneum ad dicendū surrexit, vix cœpta Salutatione Angelicā, satellites, intermisso iurgio; lusores, abrupto lusu, ad audiendum conuenere, dimissaque concione, simul eum omnes in Collegium æquali obseruatione ac quiete comitati sunt.

Data ei erat à Superioribus prouincia eruendi seruitij nostri domestici. Id hominum genus rude atque incultum diligentissimè instruxit rebus omnibus necessarijs ad salutem; iussitque animos expiare sæpius (quod singulis alioqui mensibus, ni faciant, nostrâ ijs interdictum sit Domo) & semel minimum quatemensibus sacro se epulo recreare, Rectore ipso faciente, diuinumque pabulum erogante. Munus ei forte à Ministro commissum erat curandi cubiculi, quo vtebatur spirituallum rerum Præfectus: hoc Ioannes tanto colebat nitore, tanto studio ab omni necessariâ supellectili instruebat, vt & Pater miraretur, neque quemquam ille iactus sit officij diligentia parem; istud verò speciatim prædicabat, numquam ab eo quietem suam fuisse obturbatam, numquam vniuerso officij illius tempore verbum ullum superuacaneum Ioanni excidisse.

Fidus cubiculi sui custos, non sine necessitate